



TRACTATUS
DE
REGIMINE SECU
LARI ET ECCLE

SIASTICO,
Ad Statum præsertim S.
Imperij Romani,

AUCTORE
THEODORO REINKINGK
J.C. Comite Palatino Cæ.
sareo, et Hassiæ Superioris
Procancellaris.

Editio Secunda auctor.

IMPRESSUM MARBURGI,
Typis et Sumptibus Nicolai Hampel et
Iohannis Jacobi Genathi.

ANNO DOMINI, M DC XX XI.



IUSTITIA



PIETAS

CONCORDIA

DEO DIRIGENTE, NIHIL EST, QUOD ARCEAT,
 Ætatis Suæ 41.



Integra Reinkeimigi viventis imago in tali Hactabula exterior vultus de pietate figura est,
 Effigies voluit sese aperire bonis. Mentis at internam pagina plena refert.
 M. Conradus Bachmannus.

De Lib. 1^a TRACTATUS *et coll. experientia*
DE
REGIMINE SECU-
LARI ET ECCLE-
SIASTICO;

EXHIBENS BREVEM ET METHODICAM
IVRIS PVBLICI DELINEATIONEM, AC PRÆCIPVARVM CON-
troversiarum, circa hodiernum Sacri Imperii Romani Statum
ac Gubernationem, tam secularem, quàm in genere
Ecclesiasticam vertentium resolu-
tionem:

CUM INDICE CAPITUM, RERUM ET VERBORUM.

AUCTORE

THEODORO REINKINGK, JC. COMITE
PALATINO CÆSAREO, ET HASSIÆ
PROCANCELLARIO,

EDITIO SECVND A,

Ex quotidiano rerum usu auctior & emendatior.

MDC



XXXII.



Marpurgi, Typis & Sumptibus

NICOLAI HAMPELII, & JOHAN. JACOBI GENATHL



ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. HULDRICO,
COMITI AC DOMINO FRISIÆ ORIENTA-
LIS, DYNASTÆ ESSENENSIS, RATISDORPII
ac Witmundæ, &c.

Domino suo gratiosissimo.



UOTIDIANUM usum, Illustris & Generosif-
sime DOMINE, acerrimū esse rerum omnium
censorē & exploratorem, imò Magistrum, nul-
lā non die monemur & edocemur. Quæ enim
scimus, minima pars sunt eorum, quæ ignora-
mus. Perfectum nunquam in humanis reperi-
tur intentionibus. Semper Natura novas formas edere depro-
perat. Dies diem, horam horam instruit. Nox nocti indicat, mo-
nente Psalmistā; Plenius opere informamus, quàm voce. In-
deq; nullius hominis tam prolixus vitæ terminus, qui ad natu-
ræ varietatem & machinationes, rebusq; cunctis perfectè ad-
discendis sufficiat. Omnia vitæ humanæ negotia, mutabilem
habent conversionem, & fluxa sunt, & nova novis superve-
niunt quotidie. Ipsum tempus aliam atq; aliam rerum faciem
exhibet, ut non immeritò Comicus dixerit: *Hic dies aliam vi-
tam, alios mores postulat.* Restempori, non tempora rebus ser-

viunt,



CAPUT I. DE SUMMA HUIUS TRACTATUS & de tribus reipub. formis.

SUMMARIA.

1. In omni negotio prior verborum, potior tamen rerum habetur ratio, verba rebus, non res verbis deserviunt.

2. Rebus ex debito, verbis ex usu fungimur.

3. Subjecta materia verborum canon & amussis.

4. Ex intentione proferentis & destinatione ejusdem accipienda. (sic sunt.)

5. Verba rerum nota & tesseræ, & sub jugo mentis.

6. Regiminis appellatio frequens apud Latines.

7. Regimentsum imperii, eaq; dictio à Latinis usurpata.

8. Regiminis dictio quomodo hic accipitur. Et quid in Reipubl. Regimine spectetur n. 9.

10. Respub. constat ex imperandi & parendi lege & necessitatibus.

11. Imperium quid?

12. Si penes unum Monarchia, 13. Si penes paucos Aristocratia, 14. Si penes universos democratia dicitur.

15. Disputatio de prerogativa inter has formas.

16. 17. 18. 19. 20. Qualibus ex his sua habet commoda, sua incommoda, & delectam inde laudari facilius quàm inveniri posse, cū nulla ab omni parte sincera.

21. Monarchicus status praefertur, cum proximè accedat ad Regimen Dei Opt. Maxim. 22. quia antiquissimus. 23. ordini naturæ convenientissimus, à discordiis tutissimus. 25. pacatior & commodior, neq; libertati exitiosus, quæ nunquam gratior, quam sub Rege pio.

26. In Monarchico statu IV. illa summa, & præcipua laudatur imperia totius orbis. 27. Assyriorum, 28. Persarum. 29. Græcorum. 30. Et Romanorum.

SOLIT in omni tractatu prior verborum, † potior tamen rerum haberi ratio, l. 7. in fin. de suppellect. leg. l. 1. de reb. cred. [Verba enim rebus, non res verbis, deservire debent, Andr. Geil. 1. obs. 150. n. 6.] Itaq; de regimine seculari & Ecclesiastico acturus, vim vocabuli, prout in hoc nego-

cio sum usurpaturus, breviter & quasi per indicem declarabo. Rebus † enim ex debito, ver-
bis ex usus utimur beneficio, inquit Waremund. ab Ehrenberg lib. 1. de Fæder. c. 1. n. 15. Hinc † sub-
jecta materia, verborum amussis & canon indubitus censetur, l. ex conducto, §. Papinianus, 4. vers. sed et si ff. locat. Zaf. 1. sing. resp. c. 6. num. fin. & per tot. Jason. in l. stipulatio, §. si qui, num. 1. de V. O. Nevizan. cons. 92. num. 4. Welsenbec. in parat. de l. & l. num. 3. in fin. eoq; respectu † & ad eum finem, ad quem proferuntur, intelligenda & ad eam rem, super qua exprimuntur, restringenda, [habitâ ratione ejus, ad quod is, quicquid protulit respexit, l. si quis donum, §. pen. in fin. ff. locat. l. debitoribus, §. fin. ff. Trebell. l. profectitia in fin. ff. de jur. dot. l. fin. C. si advers. rem judic.] Cravett. consil. 16. n. 5. & consil. 171. n. 13. Surd. decis. 119. n. 24. [Regner. Sixtin. 1. consil. Marburg. 10. n. 34.] Sunt namq; verba † notæ rerum, nō verò causæ rem constituentes, Bald. in l. si non convicii, C. de injur. l. non epistole, & l. seq. C. de probat. l. 3. l. 7. de suppellect. leg. Roger. de jur. interp. quest. 2. n. 1. Gæd. de contrab. stipul. c. 1. num. 44. Henning. Arnif. de jur. Majest. c. 5. nu. 9. [Imò rerum picturæ & tesseræ, Plat. in Cratyl. Andr. Knich. de autocratia Rom. Imp. n. 281. ideoq; non est curandum de qualitate verborum, ubi constat de mente loquentis, Joh. Meichsner. dec. Cam. 2. n. 13. Tom. 3. Geil. 2. obs. 132. nu. 10. Sunt enim verba sub jugo mentis, c. intelligentia de verb. signif. c. Marchio. 1. q. 3. c. humana aures, 22. q. 5. Alex. Raudens. consil. 1. nu. 24. vol. 1.] Regiminis † autem appellatio frequenter apud Latinos auctores pro ipsa imperia seu rectione Reipubl. usurpatur, Liv. lib. 3. ad urb. C. inquit: Regimen totius Magistratus penes Appiū erat favore plebis. Unde & Aristoteles 2. Politic. gubernationem & regimen civitatis idem significare ait, ipsamq; potestatem & arbitrium civitatis sæpius denotare, Michaël Uleus. de regim. mund. q. 2. nu. 11. Et itaq; Battol. in tra-